

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. XLVIII. TIT. IX. De L. Pompeja De Parricidiis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

Qv. VII. *An hodie indifferenter omnis incendiarius, sive in urbe,
sive extra urbem, concremetur?*

NEGATUR; sed rectius hodieque distinguitur inter incendium, *Laut. pag. 698. verb.*
urbe factum, ubi poena ignis obtinet, *L. 9. de Incend. ruin. & ex-*
bodie in-
tra urbem, ubi deportatio, L. f. de Incend. *cendiarii*
&c.

OBST. *Art. 25. Ord. Crim.* ubi haec distinctio non habetur.

RESP. Statutaria Jura explicantur & supplementur ex Jure Communi,
& Leges istae novae semper intelliguntur salvis exceptionibus Juris
Communis, maxime in penalibus tanti præjudicii, *Laut. Comp. p. 1.*

Quanquam usu plurimorum locorum, & in ipsa quoque Viadrina Fa-
cultate, contrarium receptum sit. *Vid. Laut. p. 698. ibique Id.*

Qv. VIII. *An quis obligetur ex incendio, culpa levissima dato?*

NEGATUR, si in rebus, quæ incendio pereunt, faltem *levis vel lata Laut. pag. 699. verb.*
culpa præstatur; quia tunc culpa levissima pro casu est, qui nocet *levissima.*
rei domino. At si *levissimam* quoque in illis rebus quis præstat culpam,
tenetur restituere damnum; quia culpa ejus non debet tertio esse da-
mnosa.

OBST. *L. 44. ad L. Aquil.* ubi in Lege Aquilia quis tenetur ad damni,
levissima quoque culpa dati, restitutionem.

RESP. Quia in L. Aquilia ex natura negotii semper levissima culpa
præstatur: cuius rei rationem vidimus *supr. tit. de L. Aquil. qu. 3.*

LIB. XLVIII. TIT. IX.

DE L. POMPEJA DE PAR- RICIDIIS.

Qv. *An poena hujus Legis etiam obtineat inter affines collaterales?*

NEGATUR, *L. 1. L. 3. L. 4. h.* Sane crimen hoc non committitur *Laut. pag. 700. verb.*
ultra quartum gradum cognitionis; nec ullibi mentio fit affini-
um, nisi lineæ rectæ. Idque hodie multo magis observari debet, ubi *& colla-*
terales. *poena gravior est.*

LIB. XLVIII. TIT. X.

DE L. CORNELIA DE FALSIS ET SENATUSCONSULTO LIBONIANO.

Qv. *An error excusat a poena falsi?*

Rrrr 3

AFFIR-